



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

4. Mediolanense.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10467**

## SARDICENSI. 59

fuit Orientalium 70. Episcoporum, qui seorsim conuenientes, fidem Catholicam, & Athanasium damnauerunt. Et de hac loquitur Augustinus, qui etiam non videtur legisse aliud ex Concilio Sardicensi, quàm id quod Orientales miserant ad Africam, vt Donatistas sibi vnirent.

## De Concilio Mediolanensi.



Nno 354. vel 355. congregatum fuit Concilium Mediolanense (trecentorum amplius Episcoporum ex Occidente, paucorum ex Oriente, vt est apud Sozomenum lib. 4. c. 8.) fuit autem exoptatum Concilium hoc à Liberio Papa ab Imperatore Constantio, vt cognita ex consta-

Anno  
354.

C 6 tis

tis in Athanas. calumnijs Arianorum perfidia tum à subscriptione in ipsum, tum à communicatione cum Arianis, ac multo magis ab eorum hæresi, Occidentales omnes procul abhorrerent Episcopi: à Constantio verò eo consilio concessum, ut collectos in vnum, quos posset, Catholicos Episcopos, ipse præsens ad subscribendum in Athanasium, adhibita vi, quoque compelleret, quod & infelicissimè præstitit. Conuenerunt ferè Catholici Episcopi, omnia quæ Ariani postularent esse facturos, & in Athanasium subscripturos, modò illi Nicænæ fidei subscripsissent, quod disertè negarunt; qua re in populum vulgata, magna indignatio orta est. Cuius populi iudicium, & impetum timentes Ariani, è Dominico in Palatium Concilium transferunt,

vbi

*Populi ru-  
mulus de  
Athanasii  
damnatio-  
ne*

MEDIOLANENSI: 61

vbi omnia pro libidine agunt,  
Constantio ad omnes eorum  
nutus consentiente, & coope-  
rante, Accusatorem, & Iudi-  
cem in Athanasium agente, &  
edicto publico eum condem-  
nante. Ibi igitur adacti om-  
nes ad subscribendum in Atha-  
nasium interminatione exilij,  
qui subscribere recusarunt. Le-  
gati Sedis Apostolicæ Lucifer  
Calaritanus in Palestinam re-  
legatur (qui miræ constantiæ,  
& præparati animi ad marty-  
rium contra Constantium Im-  
peratorem scriptum librum  
ad eum misit legendum) Pan-  
cratius Presbyter in exilium  
agitur, Hilarius Diaconus nu-  
datus cæditur, & in exilium  
eijcitur. Dionysius item Me-  
diolanensis Episcopus, & Euse-  
bius Vercellensis recusantes  
subscribere in Athanasium, ne-  
cum damnatione Athanasii, fi-  
dem quoq. Nicænam damna-  
re

*In Conci-  
lio Medio-  
lanensi E-  
piscopi adi-  
guntur ad  
subscriben-  
dum in  
Athanasium  
recusantes  
exulare iu-  
bentur.*

re viderentur, relegati. Hæc de Actis in Concilio Mediolanensi breuiter ex Athanasio, epist. ad Solit. & Hilario ad Constantium.

*Liberius  
Papa E-  
piscopus in  
exilium  
actos per  
epistolam  
consolatur*

*Liberius  
Papa in-  
fractio ani-  
mo ipsi Cō-  
stantio re-  
sistit unde  
in exilium  
mittitur.*

His auditis Liberius Pontifex epistolam encyclicam ad Episcopos exules misit, qua gloriam eorum laudans, conqueritur, se cum ipsis esse non posse. Cogitantes autem Arianiani se breui omnes superaturos, si in suam sententiam Liberium Romæ Episcopum pertrahere possent, Constantium Imperatorem ad eum alliciendum, & trahendum impellunt. Sed Constantius nihil ab eo impetrat, infractio animo, & ingenti cum libertate pro fide, & pietate, Liberio procurante, & exilium potius eligente, iussus est deportari vsq. Beroeam Thraciæ. Constantius mittit illi in sumptus quingentos aureos: totidem

dem Eusebia Imperatrix, quos omnes remisit cum illis verbis: *Tu Ecclesias Orbis terræ expilasti, & iam mihi, ut damnato, ut egenti offers elemosynam? Abi primum, & Christianus ipse fias.*

*Oblatam à Constantio pecuniam refutat Liberius.*

In locum relegati Pontificis Fœlicem Diaconum Liberij Catholicum Schismaticum Pontificem Ariani suffecerunt. Cuius communionem, licet fidem Nicænam integrè seruaret, vniuersus populus Catholicus cum Clero Romano vsque ad lapsum Liberij vitauit: ut potè quod Schismaticus esset, ab Arianis intrusus, eorumq; communionem pollutus. De qua re plura in sequenti Sirmiensi Concilio, & in nostro Breuiario Chronologico.

*In locum Liberij Pontifex sufficitur ab Arianis, et fit schisma.*

De